

Iob. Per predicatores, immundos vitiis, & moribus saepe Deus parat aquas salutare doctrinae ad viuificandum, ac refocillandum spiritum in gratia, & vita. Per aquas sacram doctrinam interpretantur. D. Basil. D. Cyrillus Theodoret. & alij. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Isaia 12. num. 13. Ex quo ait D. Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana. *Quisquis bonus, verusque Christianus est, Domini sui esse intelligat, ubi-cumque inuenerit veritatem.*

Isai 12. August.

13.

Ab eodem Magno duce non discedo. Cum Samson iter faceret, in ferocissimi Leonis occursum illapsus est, vltro illum adhortans strangulauit, peremptumque ex publica via in syluam pertraxit, eumque ibi in abscondito reliquit. Paucis post diebus proiecta belluae cadauer inuisurus, declinauit a via, vbi mira res oculis obiecta est. *Eccce examen apum in ore Leonis erat, ac fauus mellis.* Iudic. 14. num. 8. Vnde postea problema Paestinis proposuit. *De comedente exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Quid significari voluit Deus, quod Samson in ore mordacissimo, ac foetidissimo dulcissimum mel inuenerit? Quo in loco ait Procopius; *ferunt quemuis Leonem viuum os habere foetidissimum.* Quod desumptum videtur ex Plinio lib. 8. cap. 16. Per fauum mellis sacra Dei doctrina denotatur, vt notat D. Prosper. lib. de Promiss. cap. 21. iuxta illud Psalm. 118. num. 103. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.* Prou. 16. num. 24. *Fauus mellis composita verba.* In ore foetido Leonis inuenit Samson fauum mellis, quem comedit, deditque suis; sic alta Dei prouidentia saepe disponitur, vt ex ore foetido peccatoris dulcedo sacrae doctrinae percipiatur, qua anima mira dulcedine nutritur, ac reficitur in salute.

Iudic. 14.

Procopius.

Prosper. Plin. Psal. 118.

Prou. 16.

Above foetido dulcedo mellis.

Procop.

Procop. in cap. 12. Iob. *In Samson, ait, qui Leonem inuenit, & occidit, & in ore mortui fauum mellis inuenit: significatum est, quod in superbis, in quorum ore putor fuerat blasphemia, esset postmodum dulcedo laudis, & gratia Dei.*

QVÆSTIO III.

Quare in recensendis Phariseorum vitiis ante omnia arguantur, quod dicunt, & non faciunt?

14.

In hoc sermone multa, & vana Phariseorum vitia publicantur, eorum hypocrysis, auaritia, ambitio, superbia, crudelitas, tamen in capite omnium ponitur, quod dicunt & non faciunt. Hoc inter cetera grauissimum est Doctoris crimen Nam vt recte D. Chrylostom. homil. 74. in Matth. *Criminandi namque omnes sunt, ait, qui legem transgrediuntur: sed maxime omnium qui doctoris fungitur autoritate, dupliciter enim, atque tripliciter iure condemnatur. Primum, quia transgrediuntur. Deinde cum in corrigendis aliis ipse claudicat, maiore dignus supplicio est. Tertio quia cum vt Doctor presideat, nequitia sua facile ceteros corrumpit.* Vide supra, cap. 8. n. 237. & cap. 21. num. 51. 52. 53.

Chrylost. Arguitur Doctor qui dicit, & non facit.

15.

Arguantur Pharisei. *Quia dicunt, & non faciunt.* Soliciti sunt vt dicant, non vero vt faciant. Hi maxime punguntur Doctores, quorum studium est de acumine, elegantia, ac ornatu doctrinae, non vero de probitate, ac integritate mo-

rum, maximeque eis cura est de scientia, non vero de conscientia; magisque intellectum potentiam subtilissimis rationibus, ac conceptibus, quam voluntatem feruidis actionibus perficere satagunt, & intendunt, quorum studium, ac cura de diaboli arte venit.

Malua Doctor agit de scientia & non de conscientia.

16.

Naas Ammonites cum vitis Iabes inire foedus parat, hac conditione posita. *Etiam omnium vestrum oculos dexteris, ponam vos opprobrium in vniuerso Israel.* 1. Reg. 11. num. 2. Turpissimum, ac leuissimum amicitiae vinculum, sed si placuit vno luminum orbare, cur potius dextera vultus facies, quam sinistra eligitur, nam quolibet lumine priuato, aequè vultus deformis maneret, cur potius dexterum, quam sinistrum designatur? Rex ille efferus Dæmonem representabat, oculi vero designabant duas excellentissimas animae facultates. Oculus dexter voluntatis amorem; sinister vero intellectus scientiam. Aduersarius noster charitate, ac amore nos despoliari curat, hoc enim tanquam manu dextera ferimur in caelum; quod vero scientia relinquatur, facile permittit aduersarius, nam scientia sine charitate est velut Cymbalum tinniens, & non aedificat, sed inflat, & inde saepe est impedimentum ad salutem, ex quo totum studium inimici est nos dextero charitatis oculo orbare. Richardus de S. Viatore tract. de gradibus violentæ charitat. cap. 3. *Duos nempe oculos, ait, habet anima, vnum quo intelligit, & alium quo requirit eum qui respicit filios hominum; horum duorum dexter est oculus amor, qui requirendo vulnerat; hunc vulneratum oculum ille Ammonitarum Rex suo infelix foedere molitur eruere. Sublato enim amore, qui dexter oculus est, ad solum errorem remanet intellectus, quem sinistrum diximus; intelligere quippe non amare, illorum error exitiit, qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed enumerant in cogitationibus suis.*

1. Reg. 11.

Potius dicitur voluit peruertere voluntatem quam intellectum.

Richard.

Matth. 23. n. 4. Alligant enim onera graui, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Num. 5. Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.

VERSIONES.

Vatablus n. 4. Colligant enim onera graui, difficillaque portatu.

S. Chromanti. Quæ portari non possunt. Arabicus. Et imponunt ea portanda super colla hominum.

Syriacus. Ipsi vero, nec suo quidem digito volunt ea tangere.

D. Chrysofolog. Sui minimo digito nolunt ea mouere.

Syriac. Vatabl. Et omnia opera sua faciunt, vt spectentur ab hominibus;

hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & prodeunt fimbrias palliorum suorum.

Orig. tract. 24. Fimbrias vestimentorum suorum.

EXPOSITIO II.

17. Hieron.



ALLIGANT enim. D. Hieron. recte hic admonet: *Notandum quod humeri, & digitus, & onera, & vincula, quibus alligantur onera spiritualiter intelligenda sunt.* Ait Dominus in presenti: *Alligant enim.* Illa particula, *Enim,* ostendit quod supra dixerat, *Dicunt, & non faciunt.* Et ait, *Alligant, seu ex Græco, Colligant, seu ligant: Onera graui, & importabilia.* Seu, vt habet Græcus, *Portant difficilia, seu que vix portari possunt, multitudine præceptorum, traditionum, & caeremoniarum, quibus populum opprimebant, ac onerabant, in quo arguuntur Pharisei, ac multi iniqui Prælati, qui subditos sic varietate, ac multitudine præceptorum grauant, ac si eos non homines, sed iumenta censeant.* Et imponunt in humeros hominum. Metaphorica, seu, vt ait D. Hieron. spiritualis est locutio hic in omnibus; superbia, ac arrogantia Phariseorum denotatur, qua aliis impetiose leges imponebant; & metaphora est desumpta à graui onere, quod non manibus, vel brachiis, sed humeris portatur. *Digito autem suo nolunt ea mouere.* D. Chrysofologus, *Minimo digito suo.* Syriacus, *Tangere.* Opponitur, vt notat Origenes homil. 24. *digitus humeris; nam subditorum humeri non sufficiunt ad præceptorum onera, ob illorum grauitatem sustinendam.* Et Pharisei minimo digito suo huiusmodi præcepta nolunt attingere obseruando, hoc est, nec in minimo, nec leui volunt ipsa obseruare, & tenere, vt explicat D. Paschasius. *Expende quod dicitur: Nolunt; non dicitur, non possunt infirmitate, vel imbecillitate, sed nolunt.* Malitia, ac nequitia propriae voluntatis est eis pro ratione, ac lege. Ita molles, ac delicatos se exhibent, vt nec minimum velint conamen adhibere ad præcepta obseruanda. Reputant enim seipsos alterius conditionis à subditis, quos tantis grauant, à quibus ipsi omnino volunt esse immunes.

Græcus.

Hieron.

Chrysol. Syriacus. Origenes.

Paschas.

Malitia voluntatis pro lege.

18.

Chrysof.

Gloria inanis ianus vitiatorum.

Chrysof.

19.

Omnia opera sua. Christus incipit hic Phariseorum vitia damnare, & ab inani eorum gloria, ac ab ambitione humanae laudis, facit exordium, quia vt ait D. Chrylostom. *Tolle gloriam inanem de clero, & sine labore, alia omnia vitia rescabis; unde ab ipso incipit.* Inanis enim gloria aperit ianuam ad omnia alia vitia. *Omnia opera sua faciunt.* Quomodo hoc coheret cum his, que supra dicuntur: *Dicunt, & non faciunt?* Faciunt non ad Dei gloriam, in quam sunt referenda omnia nostra, sed ad captandam hominum gloriam, & ideo idem erat, ac si nihil facerent. *Vt videantur ab hominibus.* Ponit hic Christus Dominus radicem incredulitatis Scribarum, & Phariseorum, ob quam in Christum non credebant, quia scilicet vanam gloriam, ac populi plausum quærebant. D. Chrylostomus: *Impossibile est, ait, vt credat Christo celestia prædicanti, qui gloriam hominum concupiscit terrenam.* Ex terrenorum amore, celestium contemptus nascitur.

Dilatant enim phylacteria sua. Phylacteria erant

membranae quædam, in quibus Decalogus erat scriptus: Iudæi ergo has membranas gestabant circum brachia, & frontem. de quo latius quæst. 5. *Et magnificant fimbrias.* Ne Iudæi diuina lege obliuiscerentur, mandauit eis Deus, Numer. 15. num. 38. & Deuter. 22. n. 12. vt ipsi gestarent fimbrias, siue fila quædam, ex infima ora vestis, siue pallij dependentia hyacintini, siue coloris celestis; quasi qui celestem vitam in legis custodia proficerentur. Addunt vero D. Hieron. D. Paschas. Carthusian. Hugo, & alij, Iudæos sapientiores in his fimbriis constituisse spinas acutissimas, vt ambulantes, vel sedentes earum punctura diuina legis recordarentur. Has fimbrias præ cæteris maiores, & latiores portabant Pharisei, vt viderentur omnibus religiosiores, & obseruantiores. Notat D. Bernard. apud D. Thomam in suo commentario: *Portant vestes sanctitatis, ait, & hoc non est onerosum, quod ostendebant in phylacterijs, & fimbrijs.* Ad obseruationem legis omnia erant onerosa, vt nec digito vellent mouere, ad ostentationem fimbriae tam dilatatae erant leues, & faciles.

Numer. 15. Deuter. 22.

Hieron. Paschas. Carthus. Hugo.

Bernard.

QVÆSTIO IV.

Quare Phariseorum onera importabilia dicuntur?

NERA importabilia dicuntur in presenti præcepta, quæ obseruanda populo Pharisei proponebant, cum ipsi tamen nec leuiter vellent ea obseruare. Quos eleganter pungit D. Chrysof. in Imperfecto hom. 43. *Si erramus, ait, modicam poenitentiam imponentes; nonne melius est propter misericordiam, rationem dare, quam propter crudelitatem? Vbi enim Paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax: si Deus benignus est, ut quid Sacerdos eius austerus? Vis apparere sanctus? Circa tuam vitam esto austerus: circa alienam autem benignus. Audiant te homines parua mandatum, & grandia videant facientem. Qui grandia mandat, parua facit, inobedientiam periuadet, cum opere dissuadeat ea, ad quæ verbis hortatur: Et si Deus benignus est, ut quid Sacerdos eius austerus?*

20.

Chrysof.

Confessor non sit frequens in imponenda dura poenitentia.

Præsens quæstio est. Quænam hæc essent præcepta, quæ dicuntur importabilia? Prima, & probabilior sententia affirmat, quod sub his mandatis Phariseorum, non solum continebantur legis præcepta, sed etiam extra legem multæ traditiones. Theophyl. *Legis, ait, mandata aggrauarunt, traditiones quasdam ultra leges tradentes.* D. Anselmus, *Legis mandata, ait, vocat onera importabilia, quæ Scribae, & Pharisei docebant, mixtis traditionibus suis.* In hac sententia sunt Origenes tract. 24. in Matth. D. Paschas. lib. 10. in Matth. Abulens. quæst. 24. Ita communiter Recentiores, Iansen. Barrad. Maldonat. Lucas Burgenf. Cornelius, & alij, & hæc sententia est verior, vt iam dixi.

21.

Sententia de lege, & traditionibus.

Theophyl.

Anselm.

Origen.

Paschas.

Abulens.

Iansen.

Barradas.

Burgenf.

Cornel.

Secunda sententia est, quod prædicta verba intelligantur de lege Moyfis. De qua ait Petrus Actor. 15. n. 10. *Quid temeris imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus?* Id est, difficiliter portauimus ob multitudinem præceptorum, vt explicat D. August. serm. 9. de Verbis Domin. hanc

August.



Chrysof.

Haymon.

23.

Difficulus.

Isidor.

Luc. 1.

Act. 13.

Iofuc 11.

4. Reg. 23.

24.

Theophyl.

Importabile

mandatum,

cum quis

precipit,

&

non facit.

25.

Matth. 11.

Matth 7.

Hebr. 12.

26.

Num. 11.

Deut. 11.

Matth. 16.

Populi pon-

ditur cum Do-

mini exem-

plo amplecti-

tur, sine illo

recusatur.

2. Cor. 3.

Luc. 17.

mandatorum sarcinam Pharisei super aliorum humeros imponebant, ipsi vero minime obse-

Ex quo insurgit magna difficultas, quomodo egregia precepta, ex diuina institutione impos-

Recte ad questionem respondet Theophyl. Ipsi digito suo, ait, non mouent nihil operantes.

Ait Christus Dominus suis discipulis, Iugum meum suauis est, & onus meum leue.

Conqueritur Moyses semel & iterum. Non possim solus sustinere hunc populum, quia grauis est mihi.

Imponitur Petro pondus vniuersalis Ecclesie, regimenque totius orbis, qui multis criminibus, ac erroribus erat oppressus, & tamen non se excusat

pra cap. 7. num. 20. & 21. & cap. 19. n. 58. 59. 60. cap. 29. 30.

QVÆSTIO V.

Quare Phylacteria portabantur à Phariseis?

M ANDAUIT Deus Moyfi, quod precepta legis: Ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, & mouebuntur inter oculos tuos.

Quid stultius, quam religionem in scriptis, pulcherrimisque papyris collocare? Sic multi hodie maxime se deuotos existimari putant, si pretiosa, & aurea Psalmorum volumina secum habeant, quibus maxime irridet D. Hieronymus.

A Dei colloquio. Reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua scriptas ex utraque parte, & factas opere Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis.

Quodnam scriptum pretio, æstimatione, pulchritudine, ac elegantia potuit cum hoc vnquam comparari? Quisnam princeps tabularum digito Dei scriptas in suis scriinijs aureis, pro magno thesauro non haberet?

27.

Deut. 6.

Hieron.

28.

Lex habenda non in codice depecta, sed in corde.

Hieron.

29.

Exod. 32.

Lex non prodest in scriptis, sed in animo.

Chrysof.

Quid

Cap. XLVII. Arguuntur Pharisei, &c. 833

30.

Quid, queso, hoc lucris? Non propterea nobis scripturae datae sunt, ut in libris dumtaxat habeamus, sed cordi insculpamus.

Deinde procedit Dominus in toto hoc cap. 23. recensens varia Phariseorum vitia, singulis illud amarumve adiciens, de quibus iam variis in locis egimus, & tandem subdit.

Matth. 23. Ideo ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & persequimini de ciuitate in ciuitatem.

Num. 35. Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariae, filij Barachiae, quem occidistis inter templum, & altare.

VERSIONES.

Syriacus n. 34. Propterea ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas; & ex eis interfecturi estis, & in crucem acturi, & ex eis flagellis caesuri estis in synagogis vestris, & persequimini eos à ciuitate in ciuitatem.

Pagn. Vatabl. Et illorum aliquot occidetis, & crucifigetis; & illorum nonnullos flagellabit.

Syriac. n. 35. Et veniat super vos omnis sanguis iustorum, qui effusus est, &c. Quem trucidastis inter templum, & altare.

Vatabl. Ut redundet in vos omnis sanguis iustus.

D. Epiphanius. Et requiretur à generatione hac omnis sanguis.

ALTER TEXTVS.

Luc. 11. n. 49. Propterea & sapientia Dei dixit: mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur.

Num. 50. Ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista.

Num. 51. A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariae, qui

periit inter altare, & ædem.

EXPOSITIO III.



DEO. Græcus propterea, hoc Euthymius, quia impleretur eius mensura patrum vestrorum. Caietan. Ideo, id est ad conuincendum vos esse similes patribus, qui occide-

runr Prophetas, Maldonatus, quia serpentes, ac viperæ estis, quorum est occidere; me vestrum Messiam occidetis. Propter quod scelus condemnabimini; ego tamen misertus vestri, vt explicat Franciscus Lucas, & Corneli. vt hanc condemnationem à vobis auertam post mortem meam, mittam ad vos Apostolos, præuideo tamen, quòd ex his occidetis, & crucifigetis.

Ecce mira, & mirabilis Christi pietas etiam post mortem suam mittentis ad Iudæos Apostolos, & discipulos inuitantes eos ad fidem, & penitentiam, vt misericordiam inueniant. D. Lucas ait: Sapientia Dei dixit: mittam ad illos, Sapientia Dei, ipse Christus Iesus, Dei sapientia, vt prope Verbum Patris. Et hic nominatur sapientia Dei; quia maxima sapientia requiritur in eligendis magistris, ministris, ac rectoribus populorum.

Mitto, D. Thomas in promptu proxime post resurrectionem meam mittam. Et ait: mittam; quia viri Prophetæ, sapientes, & scribæ non se intromittunt in munere, nisi mittantur. Prophetas, & sapientes, & scribas. Denotat Dominus suos Apostolos, & discipulos, vt explicat D. Chrysofomus, Theophylactus, Euthymius. Nam vt ait D. Hilarius. Apostoli reuelatione futurorum Prophetæ, Christi agnitione, sapientes legis intelligentia scribæ.

D. Hieronymus, varia dona sunt discipulorum Christi: Prophetæ, qui ventura prædicant: sapientes, qui norunt, quando debent proferre sermonem, scribæ, in lege docti. Tot, tantisque Christus suorum Apostolorum explicat sapientiam, nempe quòd essent prophetæ, sapientes, ac in lege docti; prædicaturi erant ipsi legem nouam, nouumque viuendi modum, quod cum multa sapientia, ac intelligentia rerum debet fieri, & nullus bonus magister nisi sapiens.

Et ex illis occidetis, vt lapidantes Stephanum, ac trucidantes gladio Iacobum maiorem. Et crucifigetis. Vt S. Simeonem Ierosolymorum Episcopum S. Iacobi successorem. Et ex eis flagellabit. Vt Petrum, & Apostolos. Act. 4. 5. In synagogis vestris; in locove publico, vt grauior, & ignominiosior esset poena, Et persequimini de ciuitate in ciuitatem. Vt Paulum, & Barnabam.

Act. 13. & 14. Ex triplici capite Christus Apostolorum doctrinam commendat dum eos dicit Prophetas, sapientes, & scribas, quatuor contra eos exortas dicit persecutiones. Occidetis, crucifigetis, flagellabit, persequimini. Sapientiam fulgorem maxime contra se excitant aduersariorum impugnationes, ac contrarietates, & vix inuenies bonum, quod mali æmulantis impugnatione non prematur. Vide supra. c. 22. n. 11. 12. & 13.

Vt veniat super vos. Illa particula, vt, denotat consecutionem, quia occiderunt, ideo tantam poenam meruerunt. Vt veniat super vos omnis sanguis. Ab ipso itaque sanguine, quem effuderunt, accusantur, damnantur, ac morti adduntur. Super vos. D. Palchaf. lib. 10. in Matth. Cum ait super vos etiam, eorum filios intelligit, poena

in

31. Græcus. Euthym. Caietan.

Maldonat.

Franc. Luc. Corneli.

32.

Lucas. Maxima sapientia in eligendis ministris.

D Thom.

Chrysof. Theophyl. Euthym. Hilarius. Hieron.

33.

Act. 4.

Act. 13.

Sapientia fulgor contra se habet aduersarios.

34.

Palchaf.